



## QUÆSTIO MEDICA.

Cardinalitiis disputationibus manè discutienda in  
Scholis Medicorum, die Jovis 11. Martii.

M. NICOLAO MORIN, Doctore  
Medico, Præside.

*An præcavendæ Arthritidi γαλακτωμοῖα?*

### I.

**A**RTHRITIS, quam guttam vocârunt barbari, θεῖα μυτερώος, divitum ex otio flagellum, heroum ex laboribus stipendum, medicorum, quod corum consiliis plerumque obsurdebat, opprobrium; est morbus articularis à fetosa colluvie per arterias in articulos decumbente, originem trahens, ibique partium que ipsos connectunt & ambient distensione & vellicatione atrocissimum cum motu impotenti dolorem inferens. Tam erumpentes & querule acutitudinis varie animadvertisunt differentia. Alia enim est à parentibus hæreditatio jure contracta, alia adventitia à causis externis & erroribus in virtus ratione commissis adscita; interdum scilicet delicta patrum immeriti luu neptos, interdum parentibus vitiisior proles sua sibi cudit damna. Veraque vel universalis, qua nimirus omnes aut saltē plurimos corporis articulos simul, vel vicissim invadit; vel particularis que uni tantum articulo inhæret; & à varietate partium, quas occupat, vernacula mutuantur nomina; manus corrigit chiragra, genua gravat & lacescit gonagra, coxendici insedit ischias, pedes torquet podagra: appellatur nomenclaturis hisse à loco affecto & dycet, quod capturam significat, deducit; ita ut podagra nihil aliud sit quam pedum & prura, quod nempe ob dolorem vehementiam pedica more, quam græci podagram vocant, pedum usum intercipiat. Quamvis autem qua ceteris articulis bellum indixit, generico à græcis vocabulo arthritis nuncupetur, sua tamen & ipsa apud recentiores inventit nomina: in maxilla articulum sœvit syagonagra, cervix obrigescit trachelagra, per spina dorso vagatur rachyagra, in humerum insula homagra, cubitos vexat per chyagra nominatur.

A

**C**OMMUNIS hujuscemodi articulorum perniciet continua causa non satis, sustinenda ejus diuturnitati impar; non sanguis humor *sudore* dolorum potius mulcere, quam aculeus; non melancholicus sucus penitioribus articulorum recessibus subeundis praे crassiitudo ineptus; non denique biliosus, cum plures sint arthritici in quibus bilis non exuberat, & non pauci biliosi qui ab hac exigitur immunes atatem degunt, sed humor serofus non ille quidem aqueus, fatus & infusus, verum sale plus aur minus perfusus. Hinc est quod cum plerique alii tumores, qui à sanguine & catexis humoribus oriuntur, in suppurationem ut plurimum desinante, alia ratione hic morbus semper solvatur; seroforum quippe & salivorum liquorum hac est indeo, ut si omnino tenues sint, toti resolvantur; sin tartarei quid & crassi admixtum habeant, in calculos & topbos randem concrecent. Continentem hanc canam foveant & movent externa & procathartica, quarum triplex est classis. Prima est carum quæ ad perennem hujuscemodi feri generationem conseruant Secunda eas complectitur quæ articulorum & visceralium tonum labefactant. Tertia quæ humoris morbofici decubitum ad articulos promovet: gliseit in dies salivaginosa hæc in vasis illuvies, futurum arthriticorum dolorum fermentum, tum propter peculiare in coctionum officinis vitium, tum præcipue ex congenitibus alimentorum & potuum, quibus utimur, elementis. Si ventriculus & catexa partes nutritiae debite fermentationis deprivatione in officiis suis defecerint, tunc fit *distorsio* & *distensio* *angustapora*, adeoque feces illæ salsa & tartarea quas in pluribus edulis & poribus reperiuntur, haud rite separata una cum sanguine in arterias confluent, ibique per varias circulations ad *angustias* suas evectæ, articulos demum impetrunt. Ex hac partium coctionibus famularium *recoquexja* contingit, quod nonnulli in quibus fermentations heterogeneorum segregativa torpescunt, à cibis & potibus sepe non adeo male note facile offenduntur; cum è contra aliis quibus luto meliori fixit pectoria Titan, in quibus scilicet tum coctiones, tū exercitorū separaciones rite peraguntur, quidlibet impune faciant; Et licet cibis arthritidi generante comparatis ad lasciviam usque sepe indulgeant, & vino coque etiam minus salubri liberaliter sece multoties invitant, arthritidis nihilominus minas securi irrideant. Verum uberior serofa & arthritica hujus materiae seges ex alimentis & poribus soboleseit inest, nimirum cuique solo ejus succo planta, & ex plantis homo, & alii animalia nutruntur, falsum quid & mineralis nature participes, sal terrena, tartarum vocante chimici, itud sal in plantas primo ac deinde in homines quibus plantæ illæ in potum & alimentum cedunt, transfulsum, nisi prius coctionum & fermentationum operâ secerintur, atque inde vel per sudores discutiantur, aut per urinas externatur, cum sanguine universum corpus perulstrat, ac demum ubi naturæ est oneri, in articulos *ράσης* & *τονών* *υγέων* imbecilliores expelluntur, patetque eorum sensu prædictas fodient & vellicans magis aut minus atrocè pro aculeorum suorum acie dolores excitat: Hinc qui Bacco frequentius litant, arthritidis thyrostœprias feriuntur; vitis quippe praे alius plantis id quod falsum, argillolum & calcarium in terra est, utpote sibi familiare, pro alimento suscepit; quemadmodum ex colligere est, quod uberior tartari copia in vino quam in reliquis sucis fermentatione defecatis iaventur; quodque hæc planta in paupere exfucco & strigo, solo in quo aliae praे alimenti inopia marcefcunt crescunt, & vegetat quasi fere solo sole terrena sit contenta. Nec ramen idecirco sua forte sibi gratulentur abstemii, cum saturantur quibusdam in locis aquæ tartareo illo succo, non minus quam vinum inquinata; unde arthritidis apud regionum illarum incolas endemia. Articulorum in dividibus robur exolyvunt oculum, in generosis labor, in utrisque frequentior & immoderata in veneris & bacchi palestra exercitatio; unde tritum illud *ανθεμάτις* *βακχείς* *αφεδρίς* *παταλά* *εὐαγάρας* *ανταμάρας* modelex: ex foliolumbo Bacche generata est foliolumbo podagra. Afluxum demum materia ad articulos ciant, paroxysmique arthriticos inferunt cali & aeris mu-

3

tationes, ac præcipue anni *temporibus*, ut vetus dictum sit, podagricos ephemericin suam in articulis gestare, & revera quoties status austriani aut boreales vel nives imminent dolorum suorum velitationes mutationum hujusmodi *exuviorum* & *exsiccatorum* habent: inde est, quod cum sigulis anni quadris præfertim vere & autumno gravius plentantur, tam reliquo iste ab ipsis obseruentur æquinoctia; quorum omnium ratio in eo posita est, quod præterquam quod propter aëris & cœli mutationes transpirationem diversimode immutatur, adeoque interdum propter effluvia cohibita oborta fermentatione humores in motum concitantur; tum corporum nostrorum ut & vegetabilium succi aliquie liquores, sive naturæ, sive artis operâ parati, juxta has mutationes multifariam effervescunt, atque varios modo fixationis, modo volatilitatis aut fluoris status inveniunt; variat porro arthritus prout serum in quantitate & qualitate salis variat, alioisque humores secum ad articulos convehit: interdum enim fetidus humor dilutiior est, interdum meracior & ad spirituum, ut chymici vocant, natum propius accedens, quales sunt vini & aliorum vegetabilium sale volatili prædictorum; iten salis, vitrioli, nitri, aquæ fortis, &c. interdum bilis & alii humores una cum sero ad articulos deferuntur; unde tanta in arthriticis affectibus varietas, ut modo major, modo minor dolor excitetur; tumor interdum conspicuus sit, interdum vix apparat: color patris in aliis sit rubicundus in aliis, flavus, in aliis albus, in quibusdam nivalis cito solvatur, in aliis longius protrahatur, interdum fervor ingens membrum deurat, interdum nullus aut perexcipit animadvertisatur; quandoque calida admota prospicit, quandoque noceant & frigida juvent, aliaque innumera inexplicabilis hujus morbi deprehendantur phænomena.

### III.

**A**RTHRITIS ut suas habet *epidemias*, sic & sua habet signa; quorum alia imminenter prænunciant, alia præsentem testantur. Impendentes argumenta sunt sensus in articulis solito exquisiti: ita ut à levissima causa offendantur, puta ex novi calcii compressione, ambulatione nonnihil longiore, vel molliori aliquo iectu, aut ad lapidem aliudve corpus durusculum allitione. Febris plerumque ejus est antesignana, cuius origo à serofis aliisque in venis & arteriis collectis humoribus, ibique dum natura ad partes ignobiliores eos expellere nititur, commoris & tumultuantibus. Hanc prætoribus adstare, imò & ostia jam pulsare significant torpor & formicationis sensus in articulis, & quidam in eis fervor præter consuetudinem emicant. Tandem tragopodagram, ut Lucianus loquitur, sive arthritidem tragicè in ægrotantes sive vienem demonstrat dolor jam actu articulos excrucians, quem plerumque tumor & rubor comitantur: qui si statim ab initio non apparent, paulò post saltē percipiuntur; pollicem pedis dolor frequentius arietat, & ad alios articulos non raro postmodum exporrigitur: febris ante dolorem oborta nonnunquam perseverat, interdum non antecedit, sed una cum dolore accedit. Misera est arthriticorum conditio, sed non funesta: unusquisque enim vel ex plebe novit hanc ægritudinem, non solum ex se periculi expertem esse, verum sè penumero contra plerosque alios mortbos *epidemias*, & idcirco longavitatis tessellam haberat. Nam arthritici ob sanguinis dyscrasiam falinofixam febribus minus sunt obnoxii: à phthisi autem & aliis tum pectoris, tum capitis affectibus gravioribus tuti & immunes, ut plurimum vivunt, quatenus nempe que continuè in ipsis succrescent excrementa, concinuè quoque ad articulos deponuntur: hinc suspecta sua bona habere debent arthriticci, si arthritis suas periodos servare solita, postmodum non revertatur: infidiosa siquidem hæc, quies signum est naturæ jam fatigentis, & gravissimorum morboium prænuntia; restagnans quippe in vasis qua olim ejus robore ad partes ignobiliores exerceri solebat impuritas, majori clade nobiliores impetrat; unde multorum damno & exitio observatum est propter materię arthriticę decubitus temerè suppressos aut reperclusos, modò ventriculi aut aliorum vicerum abdominis tormenta, modò dyphaciam asthma & consimiles pectoris affectus, quandoque etiam apoplexiā,

ne non alios morbos soporosos & convulsivos supervenisse : quatuor quippe modis solvi solet arthritis, ut plurimum enim discutitur materia vel ex toso, ut nullum sibi vestigium relinquat, vel maxima ex parte, ut quedam supersint ejus reliquiae : interdum, sed quod rarius est in puri quid simile mutatur ; neque enim verum pas, sed sanies quedam exfudat, & extra carnem erumpens eum exedit & ambarit : aliquando humor in patte affecta diutiūs hærens, in tophos tandem & nodos induratur : denique si demum ut idem humor aliò transferatur, & hæc metastasis nonnunquam partes nobiliores ut pulmones & cerebrum petat, ex quo p̄apostero motu nisi naturæ vel artis viribus fiat ad articulos palindromæ, ægri moriuntur : interdum vergit ad ignobiliores, in quibus varices melioribus ægrotantium rebus emergunt, nec raro ad intestina derivatur ; quibus laeti conqñax alvifluxus, nec nisi cum vita finiendus subsequitur ; hunc enim demum excipit marasmus, & maras-  
mum mors.

## I V.

**Q**UÍ Arthritidem curari posse negant, ab experientia refelluntur ; cùm apud observationum Scriptores innumeræ proferent exempla eorum, qui medicorum ope, vel conveniente diatâ, vel temerario aut fortuito casu, ab arthritide semel liberati, immumen posita ab ea reliquiam vitam duxerint. Qui hanc ægreditabilem assertur, sui ingenii candorem ingenuo medico dignum, cum hac assertione proferunt : arthriticam quippe diathermam visceribus penitus infixam, & altius impresum articulorum imbecillitatem funditus emendare, quantæ molis est ! Ut ut auctor hic effectus artis dedecus habeatur, cause tamen cur ægri, qui alii sanari possent, sanitatis optatae fructus non conseqñantur, partim ab ipsissimis, partim à medicis sunt repetenda. Medici cum alii alter de hoc morbo sentiant, & præconceperat opiniones quarumvis falsas pro veris habent, & pertinaciè foveant, hostem quem sibi quisque falso finixerunt, oppugnandum suscipiunt, cum vero qui revera hostis est, prætermittunt ; unde curationis ætateæ. Ægrotantium vero alii qui cum vulgo credunt medicos in hac ægritudine executire, ne eos quidem admittant, adeoque morbum quem in incububus præfocare hand ægredi poterant, negligentes, cum eorum incuria & temporis progreßu adolevit, radicetque evelli nictas egit, frustra aggrediuntur : alii spretis veris & peritis Medicis a l'empyricos præcipites ruant, quorum imperitia morbus si deterior : alii Medicos consulunt quidem, eorumque consilii per aliquod tempus morem gerunt ; sed tandem curationis diuturnitas iis odium patit, malunte moibum cui affluerunt ferre, quam se-  
verioris diatæ legibus & misquam intermittendis ingratorum remediorum formulis se se adstringere : alii denique hoc unum curant, ut à paroxysmis vindicentur, de remediis que ad præcavendum eorum recursum conferunt, patum follici. Cùm ergo arthritidem alia curationem ex sua natura non admittant, alia duntaxat ex eventu Medicorum nempe auæ ægrotantium erratis, Medicis est, qui suo nomine & ægrotum suorum saluti invigilat, alias ab aliis diceriminate, ne que his possent esse usui remedia, in aliis frustra impendantur. Super haec sic decessit Hippocrates,  
*De podagra hoc dico : quicumque aut senes sunt, aut circa articulos callos topfaceos habent, aut crumnos vivunt siccum alvum habentes, hi omnes sari fieri non possunt humanâ arte, quantum ego novi, sanat quidem hos optimè dysenteria si supervenerit, sed & aliquæ eliquationes valde presunt, que ad infernos locos repunt : qui vero juvenis est & circa articulos nondum callos habet concretos & accuratè vivit, & laboris amans est & animum bonum habet & obediendum pro studiorum, hic sanè Medicum intelligentem nañtus sanari poterit. Facto hoc discrimine curationem tuò aggradietur Medicus : haec in duobus posita est ; alterum est ut tollatur paroxysmus, alterum ut præcaveatur ne sublates*

5

suo tempore rursus redeat. In paroxysmo tria sunt quæ amoveri cupit arthriticus, dolor, tumor, & moxus impedimentum: cùm verò hæc tria oriuntur ab humore præter naturam in articulum illapsi, rotæ paroxysmi curatio hue reducitur, ut humoris affluxus arceatur, & is qui illapsus est difutiatur; humore enim isto educto & dolor cessat, & tumor evanescit, & motus partis redit in integrum. His omnibus indicationibus satisfacent venæ sectiones pro morbi magnitudine, & vitium modo quamprimum celebratæ, & reperiæ purgationes declinante paroxysmo; exhibita topica pro variis affectus temporibus varia ac demum exacta, & ad artis leges castigata victimus ratio.

V.

**M**AGNUM est & prope divinum, hominem arthritidis compedibus manus & pedes vincitum non jam usu & functionibus, sed defultoris dolorum incurvibus, artus suos duntaxat dignoscetem, viribus ex tormentum & vigiliarum perennitate penè defectum, ad hoc, ut ita diceres, mente & lingua solummodo constantem, ut cruciatus suos acutius sentiat, & inanibus querelis Deum & homines faciet, è lecto sulcitare! Verum palmarium videri debet cumdem hominem ex hoc carcere & carnificinâ feliciter ereptum, in perpetuam & securam libertatem vindicare. Hoc qualemque arte nequaquam majus est, modò Medicus, & agrotas in idem opus sedulo conspirent: cum enim arthritidis prophylaxis in his tribus versetur, nempè ut præveratur materiæ arthritice collectio, deinde ut si que collecta sit, priusquam ad articulos impetum faciat, eximatur, ac deinde ut iidem articuli quod minus facile cam excipient, roborentur; antevetetur synarthrismus optimâ victus ratione, & remedii viscerum intemperiem emendatibus; si quid collectum fuerit, vacuantibus eliminabitur. Articulis pristinum tonum restituunt roborantia subducta secundum hos Canones medendi ratione felici quoddam cum successu in hac re; sic se gerunt imprimis diatam tanquam maximi iudicij præcipui momenti commandant, ut pote, sine quâ cetera remedia nihil aut parum profuisse, & qua sola, quod scilicet sublate hujus beneficio fontis perennitate; qui ad moibi instauracionem jugiter seaturiebant, rivuli exaruisserent in teliquam vitam. Non paucos sanatos est ex Medicorum commentariis constat; cùm autem hac victus ratio posita sit in testo sex rerum non naturalium usu, sumptis ex moibi causis indicationibus, de iis omnibus sic statuunt: monent nempe huius agrotantes ut contra aëris inclemantium vestibus idoneis accurate se se muniant, caveantque ne externum frigus corporis habitum plus aequo denset, cohibita quippe, ajunt, ob interceptam transpirationem effluvia, tacitas in humoribus fermentaciones mouent & fovent ad fermenti arthritici maturationem. De exercitiis corporis, somno & vigilia animique pathematis sic decernunt, ut omnes animi motus rationis fratre quantum poterunt, regant. Vigiliarum & somni sic componantur tempora, ut majora sint vigiliatum: stragulis autem de nocte sic se operante, ut si non sudor, saltem mador corporis sub auroram sequatur; sudores quippe macuturos ad præcavendam arthritidem utilissimos esse idecirco centent, quod scrofosi humoræ è toto corpore exhaustant. Is demum exercitorum sit modus ut ante prandium interdum ad sudorem usque se exerceant, & si in quietis aut motus ex celo peccandum sit, in motu pocius excedant, memores decreti Hippocratis οὐ πάντας ἀνοικτός τραβᾶν δύναται: exercitium sanitatis esse non saturari cibo, & impigrum esse ad labores. Hortantur imprimis, ut in eiborum delectu summa alibiatur diligenter, nec erretur in eorum quantitate, usu, & utendi modo: cum enim, inquit, ex cibo & potu congeratur in corpore arthritidis seminarium, recuperata in integrum sanitatem non gaudebit arthriticus, qui genio suo præter modum indulgens, in fugiendis quæ noxiæ sunt, sibi vim non fecerit. Itaque vini usum penitus vetant, quod experientia compertum habeant, plurimos abstinentia sunt ab illo potu pretermittunt, securam ab arthritide valetudinem tulisse. Jubent, ut pisiū in genere parcus sit usus, exulet verò omnino à mensis qui sunt mollio-

res, ut sunt cyprini, anguillæ, & similes: nigro quoque calculo notant legumina, caseum, & alia hujusmodi que terrena quâ abundant substantia, obstrunctiones in alvo parete nata sunt: nec defuit qui jure vel injuria critico suo atramento ex alimentorum arthriticis accommodatorum albo delent, gallos, gallinas, capones, phasianos, perdices & columbas, quod nempe podagram, ut afferunt, lepissime patiantur, nitrumque, calculos & atenias vorent, ex quibus in ventriculo suo modo concoctis facile aliiquid saliti, terrestris, & tartarei carnibus, aspergitur, quod deinde iis ab hominibus comeditis in sanguinem derivatum, arthritidis postea materiam præbere possit. Alii è contra nequidem probabiliori argumento brassicam laudant, quod inter eam & vinum arthriticis noxiom naturale quoddam iutecet ex Plinio dissidium. His ita circa sex res non naturales compositis, in remediorum administratione sic procedunt: vere & autumno, quibus temporibus peculiari quadam *ov. usq. v.* humores solent afflati venæ sectionem co-lebrant; tum ut hoc veluti flabello eorum motus venucleretur, rum ut depictis vasis viam sibi facient ad alia remedia, que proprius morbi causam tespiciant: idcirco solennes quoque purgationes sub æquinoxia instituant, casque patant ex his medicamentis quæ serofam colluviem præcipue eliciunt: unde commendant imprimis hermodactylos, quibus ob signaturam, loquuntur, singularem vim inesse afferunt humores qui arthritidem efficiunt educendi. Præter solenes autem illas purgationes etiam singulis mensibus, imo & brevioribus intervallis blandiora alia purgantia exhibent, quibus sentinae faburram everunt, & ne obstrunctiones fiant impediunt. His demum, ne quid prætermisso videantur, veterum Medicorum exemplo, specifica quedam antidota, que antipodagræ vocant, adjiciunt; eaque alii ad sex menses, alii ad annum integrum, hac vel illa formula majore vel minore dosi pro morbi & agrotantium statu oggerunt: singulari horum proprietate, ut aiunt, sordium reliqua quæ purgantium vim subterfugerunt, absuntunt: serofa illuvies sensim sine sensu difcuntur, corporisque una ad matuinos sudores disponitur. Præcipua vero ut loquuntur, simplicia ex quibus antidota illa componuntur, sive chamaœpythis, chamœdrys, hypericum, aristolochia longa & rotunda, centaurium minus, rhaboticum verum, gentiana, meum, aliaque amara & adstringentia, que ventriculum roborando, chylificationis opus juvant, atque fæcentias salinofixas ue in sanguinem ferantur detergendo, cohibent. Nec minoris momenti apud quosdam habentur medicamenta sale volatili & sulphuro balsamico prædicta, quatenus nempe hæc salēm fixum exaltant, illa acetosum frant, atque hæc est methodus quæ olim Carolo Quinto à Medicis Genuenisibus præscripta, non parvum Imperatori levamen, summam vero gloriari & insignem nominis commendationem Medicis contulit. Verum tutior multum, compediumsior & præstantior est, quæ per *γαλακτοθεα* suscipitur prophylaxis: est quidem tutior, nam præterquam quod predicta antidota, ut pote non parum calida & secca congenerem in plerisque arthriticis viscerum intemperie iudicant, adeoque si diffusam per corpus serofam illuviem exsiccant, latentem in partium officiialium dyscrasias ejus fontem & securitatem augent, tum etiam hoc nomine censeri debent vitiosæ, quod eadem illa abstergendi facultate qua noxios humores abtradunt, non nihil etiam humidi primigenii delibeunt & deterrant; haec ratione, diuturniore usu *εινος γραπε*, sive præmaturam senectutem inferant: cum è contra lac coœvum nobis alimentum & principiis vita, si quid aliud; familiare partes omnes atate, laboribus, & dolorum *ευτυχία* attritas exsuccas & squalidas gratae cujusdam & *ωδησ φύση* humiditatis a lapsum & influxu, ut terram aestivis exsecam & hiuleam ardoribus tempestivus imber irriget, foveat, & reficiat, carumque calorem qui prius erat *αἰνιδός* ustulatos & deprædator in halituolum & salutare næctareo suo ore immutando, siveque coctiones omnes instaurando, non ut præmaturè senescant, sed potius ut repuerant *γαλακτοθεα*, efficiat: nec solum tutior, verum etiam compediumsior est, & minus intricata dieta ex lacte; nam posthabitâ scrupulosâ ciborum estimatione, & neglectis que-

7

in eorum usu & utendi modo observari solent cautionibus, sufficit, ut agrotans nullo alio alimento utatur: mane, & vesperi lac recens emulctum, majore vel minore quantitate pro modulo ventriculi sorbeat: circa meridiem, comedat cum pane albo hordeo aut farina hordeacea coctum, & inter utendum, ut quæ ex ejus usu congeri solent in prima corporis regione excrementa, ne coacervata & cumulata obstrukiones viscerum demum pariant, excernantur alternis diebus, aut his saltem in hebdomada. Extractum rhei, aut pilulas ex eo pulverato confectas deglutiat, singulisque mensibus, quo si quid impuritatis in remotiores partes irrefterit, educatur: paulo validius medicamentum usurpet, quale erit, si concinnetur ex foliis orientalibus, rheo electo, & syrupo de floribus perifloris; fructu enim adhibentur potentiora, cum in prophylaxi non evocandus sit humor ex articulis in quos nondum influxit, sed solum in majoribus vasis, è quibus sine magno molimine ad alvum derivati potest. Denique præstantiorem esse testantur tot insignia illustri agrotantium nomina, tot appensæ in Aesculapii templo gratorum convalescentium tabulæ, & reverâ cum in arthritidis prophylax omne ferat punctum, qui matre arthriticæ preventum præcavet, quid efficacius ad id præstandum quam lactis usus, quod nullum in coquendo ventriculo negotium facebat, quod hepatis gratiosi humoris *in uia' leor*, ceteraque partes nutritias ad temperamentum & complexionis mediocritatem gentiliter, & couficiali humiditate revocat; quod sanguinem alienum cujuscumque qualitatæ experitem gignit, quod denique si quid efferrum, saluum, & ære in vase aut alias partes secesserit, rorulenta substantia sue pinguedine emollit aut obtundit. Lac oculis dolentibus affusum succi pungens acrimoniam demulcendo dolorem sedat, quidni in rebus sumptum eadem adversus consilium succorum aculeos facultate polleat, si pulmoni cum ab acri, salfo, & nitroso rheumate exeduntur, est balsamum? Cur non & articulorum ab ejusdem rheumatis excursibus pericitantur erit tutela, præferunt cum non infrequentes fiant ab articulis in pulmones, & vice versa peccantibus seri translationes? Postremò si sanguis est bilis aliorumque ferociuentum humorum fratum, cur lac qui sanguis est dealbatus, aut purioris saltem chyli proles eadem dote non gaudebit? Itaque cum hic morbus pueros raro afficiat, recte suis rebus propicet arthriticus, si lacte reperactas, puerorum naturam & temperamentum induerit.

*Ergo præcavenda Arthritidi γαλακτωσία.*

Proponebat Parisiis FRANCISCUS PICOTE\* DE  
BELESTRE, Parisinus, Baccalaureus Medicus.

A. R. S. H. 1683.

---

Apud Franc. Muguet, Regis & Facultatis Medicinæ Typographum,